671

...ianae

...praeceptorum artis

1767

COMPENDIUM

Praeceptorum Artis Metricae

ex probatissimis atq; emendatissimis Auctoribus

EXCERPTUM.

NOBILISSIMAE ACADEMICAE JUVENTUTI

TRADITVM.

ac per eandem

Causâ publicae exercitationis



Ad finem Commutationis Aestivae

DEMONSTRATVM.

Annô Domini MDCCLXVII.

13. Calendas Novembris.

Cracoviae Typîs Universitatis.

Ex Parte Prima

De Pòëſi Heroica.

1mo. PRaemiſsa brevi Praefatione in laudem Pòëſeos, Originem, Definitionem, Diviſionem, Objectum, finem & utilitatem ejus adferet.

2do. Differentiam inter ſtylum Oratorium & Pòëticum declarabit.

3tio. Definitionem, Diviſionem, Materiam, & virtutes Epigrammatis recenſebit.

4to. Modos varios componendi Epigrammata enumerabit.

5to. Fontes, ex quibus peti debeant acumina & conceptus, explanabit.

6to. Eandem materiam perficiet.

7mo. Definitionem, diviſionem & modos ſcribendae Elegiae exponet.

8vo. Artem ſcribendi Elegiam demonſtrabit.

9no. Virtutes & ornatum Elegiarum ediſſeret.

10mo. Definitionem, Diviſionem, Pòëmatis enuntiabit.

11mo.

11mo. Partes Pòëmatis enumerabit.

12mo. Virtutes Pòëmatis & ornatum ejuſdem elucidabit.

13tio. Definitionem fictionis atq; modos inveniendarum formandarumq; fictionum oſtendet.

14to. De Ecclogis, Satyra & ſylvis doctrinam adferet.

15to. Notitiam & Differentiam Tragaediae, Comeadiae, Tragico-Comaediae & Comico-Tragaediae adducet.

Ultimò tandem per Chorum Muſarum gratiarum actio DEO Ter Optimo Maximo, Beatiſsimae Virgini MARIAE Sanctiſq; Coelitibus, ſingulariter Sancto JOANNI CANTIO pro praeſtitis ſubſidiis inſtituetur.


O D E.

NUnc adeſt finis celebris laboris
Quem diu votis animiſq; cuncti
Praeſtolabamur, ſupereſt Corona
Reſtituenda.
Gratias ergo priùs exhibemus
Numini Sancto, ſimul offerentes
Virgini Divae, ſinè labe Matri,
Caelitibuſq;

Vota, quòd nobis dederint favorem
Caelitus, nec non tenebras fugârunt
Mentibûs noſtrîs, & eas replêrant
Lumine Sacro.
Summe Caelorum, DEUS Alme, Rector,
Corda devicti Tibi Conſecramus,
Gratiam nobis quia conferebas,
Semper abundè
Diva Tu Virgo Genitrixq; Chriſti
Vota, quae cuncti canimus benigna
Sumito, nam tu fueras in omnes
Plena favoris.
Caelites Divi, ſpecialis autem
Tu Pater CANTI ſimul ac Patrone
Nunc habe cordis teneri tuorum
Vota clientum.

Sub Aſsiſtentia
M. VALENTINI JOANNIS CANTII PODZYNSKI,
Philoſophiae Doctoris ejuſdemq; ac Poëſeos *in Claſsibus*
Novodvorſcianis, ſecundarum horarum *Profeſsoris*, Contubernii Hieroſolimitani Senioris.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0023973